



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Verborum Significatione. Titvlvs XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

dix clausula in taxando quarta pars grossi. Turon. addatur, & si quid superuerit, & minus linea, illud superfluum nec taxationem immutet. Lineam autem, qua centum & quinquaginta literas, seu XXV. continet dictiones, intelligi volumus in hoc casu: & ut taxatio hujusmodi (dum exempla ponuntur) quodammodo procedat, inseria illa clausula: Verum ne sub eo prætextu, &c. que quatuor continet lineas, uno Turon. grossi taxatur. Illa etiam clausula: Præbendam vero ac dignitatem, qua cum acceptatione referat, qua quatuor & paulo plus continet lineas, uno Turon. grossi taxatur: & in similibus clausulis additis, secundum linearum numerum idem fia. Tandem taxationem cum moderamine antedicto, quoad prefatas literas in registo nostro servari volumus, cum fuerint registranda. Tandem eam taxationem quoad præfatarum literarum notas, scilicet gratia cum antedicto numero abbreviatorum obseruent. De executoriis vero hujusmodi gratiarum abbreviatoris ipsi, etiam clausula non communes vel insolite apponuntur eisdem, duos tantum recipient Turonen. Hoc licet sic in taxatione prædictarum literarum observari velimus, in forma tamen pauper deferti volumus paupertati, & nostram taxationem in illa, videlicet octo Turon. grossi inviolabiliter observari: nam beatum fore virum, qui super pauperem & egenum, intelligit, verbis prophetis & edocemus. Circa taxationem autem literarum, que per audientiam transcurrunt, nihil ad prælens aliud duximus ordinandum, sed rationabilis modus observetur in illis, qui soluti est hactenus observati: maxime secundum taxationem literarum ipsarum, que in libro provinciali inventur eius conscripta. In quarum taxationibus literarum ex causis rationalibus sustinemus, ut Turonens. grossi, quamvis scilicet Romana curia exiret circa montes Romanos succedit. Exterum ubique in Turon. grossi in taxationibus prælibatis fit mentio, intelligi volumus, quondam curia fuerit circa montes. Si vero ultra montes Roma scilicet, vel in aliis locis, vel Italia partibus curia ipsa constiterit, in taxationibus antedictis Romanis pro Turonem ponatur. Ad hanc prædictam nostram adiungimus fanionem, ut si forsan (quod quandoque contingit) eveniat, videlicet quod non culpa, negligenta, vel defectu scriptoris, vel ex ignorantia cecitate, aut torpe defidice, vel ex occupatione, diffractione, aut alia quavis occasione abbreviatoris, qui notam, ex qua litera grossa procedit, inepte formaverat, eadem grossa littera gravis fuerit rescribenda: hoc ipso scriptori, vel illi, cuius litera hujusmodi fuerit rescribenda, non noceat, sed abbreviatori debeat imputari, in tantum, ut eidem scriptori abbreviator ipse satisfaciat integrè: iuxta taxationem ipsius graffæ litteræ rescribenda. Ceterum ut prædicta, que à nobis pro utilitate publica sunt instituta, subvener, & diligenter sui observatores inveniant, quo transgredienses ipsorum majori noverint se pena percussi: statum, ut præfati omnes & singulam literarum nostrarum, quam registri nostri scriptores, quam abbreviatoris notarum ipsarum (quibus enim abbreviatoribus specialiter ultra infra scriptis penas, quatenus prædictas taxationes observent sub excommunicationis pena mandamus) qui contra proximam fecerint, plus scilicet præfatas nostras beneficia literas, vel notas ipsarum, vel earundem in dicto registro scripturas taxando, exigendo vel recipiendo pro ipsi, quam superius sit taxatum: ulque ad semel tempore officio, in quo sic deliquerint, sim eo ipso suspensi. Et si secundum deliquerint in eodem, ipso facto codem officio (quod quantum in ipsi fuerat, maculatae contari sim) perpetuo se privatos agnoscant. Nulli ergo licet, &c. Datum Avi. 4. Idus Decembr. Pontificatus nostri Anno primo.

a Psalm. 40.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

TITVLVS XIV.

CAP. I.

Cum fratres minores indumente vilibus secundum eorum regulam debeant indui, de qua visitate sit intelligendum, hoc relinqut judicio superiorum, precipiens sub pena excommunicationis illi obediens, & reprehendens frater, qui pro arbitrio sua habitus curtos, fridori, & novitatu plenos portabant, qui transgressores regule non dicentur, si in hoc superioribus obsequantur. Superiores etiam arbitrii poterunt, an habenda sint granaria & cellaria pro necessariis ad vestrum colligendio. Tandem fratres ipsi hortatur ad obedientiam, quam dicit pauperiatis & castitatis esse preferendam. b.d. & eff. valde notabilis. Concord. c. Exiit qui seminar. ed. tit. lib. 6. & Clem. Exiit de paradise. ed. tit.

Quodamnam exigunt cœcæ scrupulositatis ambiguum, ac ipsorum quodammodo indocta scientia (ne dixerimus, quod irreligiosa horum sit vana, & in hoc superstitionis religio) ut dum suis inservi teneat sub conscientia velamento conceptibus, quam prælatorum ordinis sui cum obedientiis merito provide inheritance sententiis, nos post prædecessorum nostrorum, & præfatum felicis recordationis Nicolai quarti, ac piz memoriae Clement. V. Romani Pontificis super intellectu & observanti regulari ordinis fratrum minorum, declaraciones salubriter editas, solidas quidem & claras, & lucidas multaque maturitate digestas, nostras Domino favente industrias ipsorum prædecessorum declarationibus declarationes adjungamus: sicutque dies & diei eructet verbum, & nos nocti scientiam manifestet, ne perperam paucorum dicti ordinis fratrum (quod absit) incisitia, recta ipsarum declarationum verba convertent in devinum, illaque suis eis profecto contraria accommodandas sensibus, ingrata Deo, superioribus contumax, præfato ordinis detrahens, odiosa confratribus, unionem scindens, si valeat, reddatur, agrave in populo (scandalum allatura: quin potius (ut nostra vehementer flagitat intentio) antedictis profugatis incommodis, hinc sancta minorum fratrum religio, ad quam jamdudum (cum minor nos gradus haberet) dilectionis & devotionis fervor incanduit, nunc vero post suscepimus à nobis Apostolica servitutis jugum, ad illius religiosam gubernationem, protectionem, defensionemque interim exeriusque propriam pastoralis curæ sollicitudo nos angit, paterna cogit providentia debilitum, ac interea charitatis zelus ascendit, quieta pace gaudeat, sancto proficiat ocio in numero ac merito, quam & plutinum augerat, blandeque in redeundum filiorum suorum scilicet professionis ruita oculis, maestri vitulum, eorumque liberis, & sedula corrut in amplexus: profecto quum ipsius religiosus odoratrat, charitas attrahat, scientia lucidet, oratio meteat, quia in convale lachrymarum, hujus scilicet mundi miseria, vel cordis contumione & humiliacione purissima ascenbones in corde suo disposita, ut non solam in virtute de virtute proficiat, sed in eisdem virtutibus permanens, quasi quibusdam harum ad protectionem tendenibus gradibus, de die in diem facta se melior ascendet in altius, terrena deliciat, ac celestia complectatur: sicutque tandem divino nomine collocata in patria, tanto Deum secundum hujus sanctæ ascensionis gradus cognoscat apertius, quanto nunc in hujus peregrinationis angustiis illos considerent altiores. Nam secundum David Prophetam eximium, dum sanctam ecclesiam Deus suscipiet, in ejus gradibus

a Psalm. 18.

M m m m

dignoscetur. Quapropter tantis incommodis tantisque ejusdem ordinis excitati periculis, ac ad illa salubribus & opportuni per ejusdem sedis providentiam circumspectam adhibendis summovenda remedis, nostra sollicitudinis studium converentes ad Dei laudem, beati Francisci praconium, ejusque praefati ordinis pacem, consolationemque fidem, necnon minus cautis, minusque habentibus inobedienti vel evagandi occasionis subducendam materiam, ad trepidandum ubitimum non aderat, scrupulosam caliginem detergendam, eosque suaviter deducendos, ut filios ad ipsius religionis gremium velut matris. Diligenti super his perscrutatione & matura deliberatione prahabitis, de fratum nostrorum consilio, instascripsis declarationes, commissiones, ordinationes, & pracepta, quæ inferius inferuntur, duximus adjungenda. In primis cum dicatur in regula, quod illi, qui promiserunt obedienciam, habeant unam tunicam cum capitulo, & aliam sine capitulo, qui habere voluerint. Item quod fratres omnes vestimentis vilibus induantur, & super praedictorum verborum sensu à praefatis praedecessoribus nostris Nicolaio & Clemente declarationes (ut præmittitur) limpida emanarunt: dictusque Clemens hujus vilitatis iudicium ministris, custodibus, seu gardianis ordinis prædicti duxerit committendum, eorum super hoc conscientias onerando: nec ob hoc in quibusdam ex fratribus antedicti ordinis, volentibus plus sapere quam opere sapere, novaram adinventionem ambiguatum cessaverunt quamplurimis: vel non omnino non veteris explicatio quatuor, tam videlicet super longitudine & latitudine, quam grossicie & subtilitate, forma & figura vestimentorum ipsum: quinimo adeo hujusmodi adinventiones & questiones propria exercitè licentia, ut ex eisdem statibus aliqui habitus propterea curtos, strigos, inustatos & squalidos, novitate plenos, ac disidiis non ignarus, cum à communitate ordinis discrepant, assument, nec eos ad ministrorum, custodium, gardianorum eorum mandatus requisiti deponeant, nec alios prout ejusdem ordinis communitas deferebat habitus, juxta eorumdem ministrorum, custodum, & gardianorum arbitrium duceren resumendos, dicentes in hoc eorumdem prælatorum florum non parendum fore arbitrio: cum & siue sic despectum regularem & cruciformem afficerent, ceterorum vero superflium habrum irregularemque censerent: Ne huic eorum opinioni praefati Clementis declarationem sepius repetitam obesse. Nam licet ministri, custodibus & gardianis praefatis vestiis vilitatis detur in illi iudicium, tamen inibi consequenter adjungitur: ita tamen, quod vilitatem in vestibus servent: praesertim cum & in declaratione prædicti Nicolai dicatur, quod semper in eisdem fratribus & eorum ceteris pauperes sancta relueant, prout ipsi ex eorum regula inventur indici: ac constitutionibus ejusdem ordinis generalibus caveatur (ut affterunt) quod in omnibus, quæ ad habitum fratum spectant, relueat semper asperitas, vilitas, & paupertas: unde cum nec paupertatis, vel vilitatis oblate per ministros, custodes, & gardianos vestes existent, nec ipsum superiorum ordinis sui in deponendo vestes quas gerent, nec in reassumendo, quas darent, sequi iudicium ullatenus tenebantur, generali ministro & ceteris fratribus, qui pro communitate ejusdem ordinis aderant suis rationibus (quas brevitatibus causa omitimus) contrarium afferentibus ex adverso: prout hoc & alia hincide coram nobis de eisdem fratribus nostris scripto lecta, verboque fuere proposita, ac etiam coram aliquibus ex fratribus nostris

a Vide l. si. verb. 5. de viro. in 7. fallentia. ss. fol. mar. & l. 2. C. de maxal. adl. Bart. in Lomnes. 6. q. principali ss. de iust. & jur. Panner. c. folia. Coll. de majoritate & abed. Fons.

prædictis super hoc deputatis à nobis, praefertur per quos ex fratribus dicti ordinis, qui in prædictis communitatibus adversabantur eisdem, facient plures negotia & alii, illisque plenus intellectus, volentes peruenientem dare negotio, de prædictorum fratum istorum consilio declaramus & dicimus, quod quicunque (sic prætangitur) dicatur in regula, quod fratres omnes vestimentis vilibus induantur, & cum vilitatem huiusmodi vestitum, tam habitus, quam interiorum tunicarum, illam praefatos Clemens intellectu debet decrevere: quia secundum confuerendum vel conditionem recte debet, quantum ad colorem panis & precium, illius merito reputari, atque consequenter hujus vilitatis judicium ministris, custodibus, seu gardianis gradibus (ipsorum super hoc conscientias onerando a) duces committendum, prout in ejusdem Clemens sententia per hoc conscientias plenus continetur: in eorumdem ministrorum, custodum, seu gardianorum eodem modo prædictio est reliquit. Nostros nihilominus prædictorum ministrorum, custodum & gardianorum iudicio prædictum auctoritate committimus determinare, videbas arbitrii atque præcipere, cujus longitudo & latitudo, grossicie & subtilitas, forma levè figura, atque amplitudinem accidentium esse debeant, tam huius ipsumque caput, quam interiora tunica, quos fratres omnes minores dicti ordinis induantur, se immergit in eis quantaque vilitatis induit eos ipsi vestimenta portent, & an in vestimentis huiusmodi fons sententia in laicis & declarationes eorumdem prædictorum nostrorum, & praefatas ordinis constitutions, celentes apertis, vilitas, & paupertas: utrumque quantum ei convenienter vilitatem, paupertatem quoque ex causa & intentio lapidat, fratres vestimenta induantur, ac debent: super quibus eorumdem ministrorum, custodum & gardianorum conscientias oneramus: Statuimus & districte præcipiendo mandantes, quod in predictis his similibus eorum arbitrium, determinandum iudicium, generalis quidem in totis ordinis provincialium vero in provincialium ministrorum custodum, & gardianorum administrationibus, atque ac gardianis, sive consimilibus ordinis ministris, ministris eisdem fratres omnes & singuli sequentem, illisque patere per omnia teneantur. Atque post illorum sequendo arbitrium determinandum iudicium, illisque parendo, nec fint mensa pateretur, debent, nec ipsi tempore autem, ex regule vel constitutione sui ordinis transgressi, tamen comitetur expresse vel determinante in predicta futura ministrorum dicatur regula vel deputationes ante dictis, quante longitudinibus, quanta latitudine, quam proficiti vel subtilitatis, qualis forma, quæ figura, atque modi debent esse vestes, sicut ne quin quaque vilitatis eas esse oportere exprimatur in eadem. Sicque quodammodo eadem urgente necessitate, regule non impatri, vero sensu, vero id regule iudicentibus intellectu, ejusdem Clemens inherentes vestigia prædictorum ministrorum, custodum, & gardianorum in prædictis, horumque similibus fore iudicium, declarare compellimus, iliaque eis (ut prædictor) committee invitamus. Non enim particularium omnium suorum potest dari scientia, neque eorum (cum infinitis suis) contingit fieri disciplinam, non artis, non regula circumstantias singulas, accidentiaque cuncta complectentur: b)

a Vide hic quæ ego notavi in c. statutum in 6. a. p. 1. fol. 5. q. gl. redingual. de refer. l. 9. Fons. b Notabit expressum, quod ea compertit cognoscere de principali, comparti etiam cognoscere de ea quae consequenter accidunt, vado glo. 5. fol. 11. r. sed. in extravag. al condenser. Fons.

bent in illis minore majoribus obsequi, illisque intendere, non in certis solum, verum etiam in dubiis: & incertis prafunt artibus, quibus obediant, prafunt regulis singulis, quibus obtemperant disciplinis, ut illarum fons egregius debitus obsequentium ministerii subfatur. Sic judicans cuncta timatur & difcit, leges caribus applicat, canonum decreta fecerit: sic morbis aggravatis mediis, sic virtus constans in medio sapientem predecentem depositit: ne si quisque regatur, ut appetit, confestim corrut, ut non querit, neque taliter conviventibus non ordo, sed horror inhabet: adit (quod abit) discordia: religans religio relegeret: sententias namque variantur, ut capita, & crescer in stolidis opinionebus phantasia. Eodem modo, eisdemque quadammodo rationibus invitati, cum prefarorum ministrorum, vel custodum sub certa forma, simul scilicet & separatis in suis administrationibus & custodis, cum a gardiani & duorum de conveni loci discretorum facerdotum & antiquorum in ordine fratrum consilio & assensu, praefatus Clemens iudicio duxerit relinquendum, an sit multum credibile ex jam expertis, quod fratres ipsi abque granaria & cellarari non possint vita necessaria inventare: quo casu granaria & cellararia, congregationes & conservations hujusmodi eis ipse concessit, prout in gradibus ejusdem Clementis literis plenius continetur. Nos de predictorum fratrum nostrorum consilio corundem ministrorum & custodum sub eadem forma iudicio prefarum auctoritate committimus determinare, vide-lice arbitriaque pricipere ex casu qualiter, ubi, & quando, & quouies granum, panem & vinum pro vita fratrum necessariis, fratres ipsi querere debeant, conser- vare sive reponere, etiam si reponenda sint predictis granaria & cellarari conservanda: Statuentes & districte precipiendo mandantes, quod in predictis & his simili- bus corundem arbitrium, determinationem sive judi- cium generalis quidem in totius provincialium vero in provinciarum, ministrorum ac custodum simul & sepa- ratim administrationibus & custodis ordinis memorata commissis eisdem, cum gardiani tamen (ut supra praedicitur) & duorum de conveni loci discretorum facerdotum & antiquorum in ordine fratrum consilio & assensu, fratres orores & singuli obsequi eimmode, il- lisque parere per omnia tenet. Ac insuper quod il- lorum sequendo arbitrium, determinationem sive iudicium, illisque parendo, nec dici possint vel debeat, neque ipsi scipios auument sua regule vel constitutio- num sui ordinis transgressores. Ideoque omnes & singuli fratres antedicti ordinis minorum, qui strictos, curtos & difformes habitus ab ipsius generalis mini- stris, & aliis sum de dicta communitate habitus coram nobis & fratribus nostris, & aliis in Romana curia de- celerunt, vel deferunt, monemus &hortamus in Do- mino, eis nihilominus in virtute sancte obedientiae & sub excommunicationis poena per Apostolica scripta mandantes, quatenus ad mandatum ipsius generalis deponant, quos deserunt habitus, & aliis iusta euidem generalis arbitrio, determinationem sive iudicium (ut supra praedicitur) inducantur. Ipsique generali in omnibus istis & aliis, & per omnia secundum leati Francisci regulam & predictas praedecessorum nostrorum declarationes, concessiones, & commissiones, in ipsis declarationibus comprehensas, & nostras contentas in presentibus, humiliter obediant, parcent & inten- dent: non obstantibus quibulcumque privilegiis, indul- gencias, literis, libertatibus, immunitatibus, vel exem- ptionibus, eis, vel alicui ipsis a praefato Clemente

a Vide Barr. in l. 4. §. 6. p. 11 de instituto. Istan. And. & post eum Albert. in re nullius ex consilia reg. par. lib. 6. & de materia hu- yu text. est gl. postea in Clem. xxvii. 4. rursum.

CAP. II.
Primo quidem glossantes decretalem. Exiit qui seminat, ed. tti. lib. 6. excommunicationem ipso fado non obstantibus qui- buscunq; privilegia incurrunt, illam excommunicationem usque ad sedis Apstol. benedictionem suspendit. Et per istam. a- ffinitionem contra fratres minores obloquendis non intendit tribuere occasionem.

Q via nonnunquam, quod conjectura prosuturum creditit, subsecuens experientia nocivum offendit, non debet reprehensibile judicari, si canonum conditor, canones a se vel suis praedecessoribus editos, vel aliqua in eisdem contenta canonibus, revocare, modi- ficare vel suspenderet studet b, si es obesse potius vident, quam prodelle. Sane dudum felicis record. Nicolaus Papa quartus praedecessor noster, quandam con- stitutionem declaravimus, qua incipit. Exit super re- gula dilectorum filiorum fratrum ordinis minorum, quam beatus Franciscus almus confessio inituit, promulgavit: sub certis poenis artius interdicens, ne concordantiae, contrarietates, seu adversa vel diversa opiniones ab ipsis constitutionis lectoribus seu ex-positoribus aliquatenus induciantur, nec super constitu- tionem glossantur ab aliquibus, nisi forsitan per quas verbum vel lepsis ipsius vel ipsa constitutio quae grammaticaliter & ad literam exponatur, nec intellectus ipsius per legem distorqueatur ad aliud, quam consti- tutionis ejusdem littera ipsa sonat: glossantes autem in scriptis constitutionem eandem alter quam superiorius est expessum, facientes quoque commenta, scripturas seu libros, & ex certa scientia & deliberatione deter- minantes in scholis, seu predicantes contra contentia in constitutione praedita, vel aliqua seu aliquod pra- dictorum (non obstantibus aliquibus privilegiis sen-

a Cant. b Vide qua natare in cap. alma mater, de sent. excommun. l. 6. Font.

indulgentiis aut literis Apostolicis, quibuscumque personis, dignitatibus, ordinibus, aut locis religiosis vel secularibus generaliter vel singulariter sub quacunque forma vel expressione verborum concessis: quæ noluit aliquibus in predictis quomodolibet suffragari) ipso facto excommunicationis sententia voluit subiacere. Nos autem attendentes, quod argumentum frequenter & collationibus latens veritas aperitur a, quodque sub eadem litera sepe latet multiplex intellectus, nec non esse difficile, volentibus constitutionem predicatorum perfectè legere ac intelligere, penas adjectas in constitutione hujusmodi devitare: viam veritatis aperte volentes, & periculis, quæ ex predictis possent literat personæ principiæ scholastica incurtere, salubriter obviare, præstentium cùm de nova suborta sint aliquæ dubia, circa quæ posset periclitari veritas, & erroribus via pandi, nisi liceret conferre super contentis in constitutione hujusmodi & disputare: prohibitions & penas predictas tam latas, quam communatas, & earum effectus, in fratrum nostrorum ac multorum Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum prælatorum, nec non multorum professorum utriusquejuris, & multorum sacrae theologie magistrorum præsencia, dum confistorum teneremus, auctoritate Apostolica duximus usque ad fidis Apostolicæ benelicitatem suspendendas. Per suspensionem autem hujusmodi nequam cuicquam intendimus imparti, quod contra fratrum regulam predicatorum dogmatisare, scribere seu determinare, predicare seu præve loqui licet publice vel occulte: quinimò hac omnibus & singulis auctoritate predicti districti inhibemus. Ne autem in posterum præmissarum prohibitionem & penarum suspcionis in dubium revocari valeat, aut aliqui propter defectum probationis impingi, quod velut transgressor prohibitionum ipsarum in penam seu poenas incident antedictis: Nos volentes super hoc ad opportuno remedio provide, chartas seu membranas suspensionem continentis eandem appendi seu affigi in majoris ecclesie Avinioni offus, seu superliminaribus faciemus, quæ suspensionem predicatorum suo quasi sonoro præconio & patenti judicio publicabunt. Dat. Avin. 7. Cal. April. Anno 6.

CAP. III.

Dominum rerum, qua pervenebant ad fratres minores, revertent ab ecclesia Romana, simplici uisu facti fratribus ipsi referunt in ea exist qui fermat, eod. tit. lib. 6. summa pontificis refutat: multiplici ratione probans eos non posse habere in re aliæ simplicem usum facti. Et statuit quod de cetero nullum ius nullum, dominum habeat ecclesia Romana in hujusmodi rebus, qua in posterum conferent vel offerent ipsi fratribus. Hec extravaganæ est multum iuridica, & subtili in plurim loci, præsumtib; probaturum simplicem non posse constitut in rebus usu consumptibilibus.

Ad conditorem canonum non est dubium pertinet, cum statuta à se vel predecessoribus suis edita obesse percipi potius, quam prodesse, ne ulterius obesse valeant, providere. Dudum siquidem felicis recordatio Nicolai quartus predecessor noster, attente prospiciens in alii confessoris beati videlicet Francisci regula contineri, quod nihil sibi appropriet, neque domum, neque locum, neque rem aliquam aliam sui ordinis professores, ac considerans diligenter, quod per pie recordationis Gregorii Papæ IX. & nonnullos alios predecessores ejusdem fuerat declaratum, hoc debere servari, tam in speciis, quam in communis: necnon & consideranter attendens, nonnullos fratribus ipsi de-

a De utilitate dissertationum omnino vide sylvam iuptialem Iohannis de Nevezan in princ. Font.

trahere, impingentes eisdem, quod regulam & decisiones hujusmodi non observabant, prie cogitantes ora contra premissos fratres oblatramum clausare, ac professorum ipsorum conscientis provide, inter alia ordinavit & sanxit, omnium uenitium & literarum, retumque mobilium, & praesentium, & etiam futurorum, ecclesiastum quoque & oratoriorum ac concordiorum tam præsentium, quam etiam futurorum, & aliarum emptarum, & eleemosynis divinis oblatas seu concessarum dictis fratibus (in quibus tamen omnes seu concedentes ipsa nihil in ipsi fidei daceant servandum) proprietatem & dominium plene ac liberum ad se & Romanam ecclesiam pertinere, ipsa in lempens ac antedictam ecclesiam, simplici uisu facti donata in rebus & bonis hujusmodi reservata fratrum mediatis. Et quia nonnunquam libros, & alia mobilia fratrida vendi expedit, seu etiam commutari, fratribus in eadem ordinatione concessit, ut res ipsa cum rebus illis, quarum usum habere licet ipsi fratribus dummodo generalis, & provincialium ministrorum coniuncta vel divisum auctoritas intercederet) possent libere commutare. Sed & quia fratibus ipsi pecuniam per se vel alium recipere ipsorum regula districtus interdit, velut & concessit, quod si vendi contingentes res mobiles ambigilias prelio estimant, quod hujusmodi premium per procuratorem deberet recipi, a prefatade, vel Cardinale gubernatore ejusdem ordinis deputandum, per procuratores cumdem in rem licitam, cuius uis etiè permisus ejusdem ordinis fratribus, expendendum: hoc isto modo, quod possent de libilibus rebus mobilebus, vel pecunialibus fratres ipsi pietatis seu devotionis intenti, vel pro alia honesta causa, & rationabiliter (obtemperante per hoc superiorum sistorum licentia) intera vel certum ordinem ordinare. Quoniam autem per considerationem motus predecessor noster ordinavit, quod illa dicta ordini exsiliantis profutura: ipsa temeritate modo utendi statrum ipsorum ac dicta ecclesia subsecuta patientia circa ipsum non profusa, sed paucam profuit refeccatio nominis supradicta: etiamque perfetta vita Christianæ principiter, & effervescit a charitate consistat, que ab Apostolo perfetta vocatum dicitur, & quæ unit seu jungit aliquid in nobis minem suu fini: ad quam per contemptum temporalium, & ipsorum expropriaientia dignatur; per hoc præcipue, quod sollicitudo, quam tempora in acquirendo, conservando, & diversificando exigit, quæ perlungue ab actu charitatis resultat, impetratur, reflat quod si solicito eadem per exceptionem hujusmodi, quæ ante ipsam inerat, perficeret, ac perfecisset, nem hujusmodi, talis expropriatio valeret nihil constere: constat autem, quod post ordinatorem prædictum non succurunt in acquirendis ac conservandis bonis predictis in iudicio & extra minus solliciti, quam aut ilam fuerant fratres ipsi, quoniam sine religione in communis adhuc nec unquam profuit dictis fratribus ordinario supradicta, quantum ad hoc, quod proper earentiam talis propriei se patentes dicere valeant, quam si res ipsa cum illo (quo se dicunt) dominio obtinerent. Licit etiam predecessor noster predictus dominum earum rerum, quæ ipsi fratribus offerri seu conferri, aut alio obseruire contigerit, quare tamet uiam facti dominari habent licet ordini, vel fratribus antedictis (ipsi fidei simplici predictis fratribus referendo) in se Romanæ ecclesiam recipiendum duxerit, ac liberè pertinere, decreverit, ut superiorius est expressum: atento tamen ipsorum fratrum utendi mox, & ejus effectu, se pa-

sientia circa modum ipsum Romanæ ecclesiæ subsecuta, non ipse usus fratrum dici debet, sed potius Romana ecclesia dominium esse simplex. Quis enim simplicem usuariam sicer poterit, cui rem usuariam licet permute, videret ac donare? proculdubio hac natura repugnat, noscentur, nec ad usuarium pertinere, quæ tamen de rebus mobilibus antedictis faciunt fratres ipsi. Quod autem dominium Romanæ ecclesiæ reservatum simplex ceteri debent, ex hoc pater, quod ex illo nullum eidem ecclesia temporale obvenit hancencommodum, nec speratur, quod obvenire debeat in futurum, cum nec intentionis referantur, nec fratrum ipsorum fuerit, quod ad quemcumque alium, quam ad fratres dictarum rerum perveniret compendium, quod proculdubio modus uendit fratrum ipsorum, & Romanæ ecclesiæ subsecuta patientia evidenter declarat. Ex quod talis intentio fuerit ordinantis, & ex hoc pater, quod illarum rerum fabi, & ecclesiæ Romanæ dominium duxat, retinuit, quarum usum faciliteret habere ordinis, & fratribus antedictis: talis autem dominii carentia re in presenti ac spe in futurum omni modo denudata, quod paupertatem temporalem, quam altiorum (pre mendicantibus aliis in communione habentibus) fibi vendicant dicti fratres, pauperiorem non efficit non habentem. Quod autem a quod res, quæ usum consumuntur, non fiat confendi: usuarii fratres ipsi, ex sequentibus liquet facti: dicere siquidem, quod in talibus rebus illius juris vel facti separatus a propriete rei domino possit constitui, reputat juri, & obvia ratione, nec prædecessoris nostri predicti fuisse videatur intentio, Romanæ ecclesiæ talium bonorum dominium reservare. Quis enim fanum mensit credere poterit, quod intentio fuerit tanti patris, unus ovi, seu casei, aut fructi panis, & aliorum usi consumptibilium, quæ saepe fratribus ipsi ad confundendum & velutio conferuntur, dominium Romanæ ecclesiæ, & usum fratrum retinere? profecto probabile non videatur, praesertim cum illorum bonorum duxat dominum præfata ecclesia reservaverit, quorum simplex usus facti pertinet potest ad fratres dicti ordinis, quod nequaquam potest in rebus usu consumptibilibus reperiri, in quibus nec ius intendi, nec usus facti, separata a propriete seu dominio possint constitui vel haberi. Et quod de talibus rebus non intellexerit, evidenter ostendit, dum respondet legi, dicenti, non posse usumfructum a domino perpetuo separari, ne dominum dominis, semper abfedente usu, inutile reddetur: quæ quidem lex de rebus illis intelligitur, quarum penses unum usus rei, & penes alium dominium possit (sicut inutile) remanere, quod nequaquam in rebus usu consumptibilibus potest esse, cum in illis per usum vel abfusum usuarii substantia talis rei esse definatur, & per consequens proprietatis etiam inutiles non subsistat. Cum enim usufructus prout est in re constitutus, qui servitus dicitur personalis, & pro quo reales competunt actiones, nihil sit aliud, quam ius intendi, nec usus, qui etiam personalis est servitus, sit aliud, quam ius tantum intendi rebus alienis salva rei substantia, id est jus perciendi fructus, & utilitatem etiam in eorum, vel pro parte suo nomine, qui possunt ex re, in qua usufructus seu usus constitutus provenire: proper quod proprietas reputatur inutiles, a qua perperuo abfedet usufructus seu usus constitutus rebus, ex quibus ipsi statibus usufructario seu usuariu-milla possit utilitas provenire: pater quod ad hoc, quod talis usufructus, vel usus in re aliqua constituti valeat, requiritur, quod ex re illa possint fructus, vel utilitas (salva ipsius rei substantia) ad fructuarium vel usuarium pervenire. Quod si nulla

ad ipsos possit ex re ipsa utilitas (salva rei substantia) pervenire, quales res constat esse usu consumptibilis, nequaquam posset in rebus ipsi cuiquam usufructus vel usus constitui, vel a quoquam haberi. Adhuc nec ius intendi, quod nec est ius in re, ne servitus personalis, sed merejus personale, pro quo reales actiones non competunt, in rebus talibus, vel rebus ipsi intendi potest constitui vel haberi, cum & ius tale exigat, quod ex re ipsa, qua ad utendum conceditur, tali modo ad usuarium pervenire possit utilitas aliqua, ac cum usu permanere usuarii, substantia salva rei, quod nequaquam potest (sicut ad sensum potest percipi) in rebus usu consumptibilibus reperi. Ruris nec simplex usus, qui nec est servitus, nec pro illo competit ius intendi, in talibus rebus potest constitui vel haberi: cum enim uti re aliqua, nihil sit aliud propriæ, quam fructus vel sive utilitas etiam in solidum vel pro parte recipere, qui ex ea possunt (salva rei substantia) provenire; restat quod re illa uti quisnequeat, ex qua (eius salva substantia) nulla fibi provenire potest utilitas, quales res usi consumptibilis esse constat. Ex quibus pater, quod nec usus, qui est servitus personalis, nec ius intendi quod non est servitus, sed merejus personale, nec actus ipse intendi sine iure aliquo possunt in rebus usu consumptibilibus constitui, vel haberi, cum quodlibet præmissorum exigat, quod ex ipsa (salva rei substantia) possit habenti us intendi, uti intenti ex re ipsa utilitas aliqua provenire, quod utique in rebus negavit usu consumptibilibus reperi. Nec obvia supradictis, quod idem præcessit nosti in ordinatione prædicta etiam illorum, quæ ad vitæ sustentationem pertinent, ubi & Romanæ ecclesiæ dominium referatur: hoc enim de rebus illis duntaxat debet intelligi, quæ usi non sunt consumptibilis, sine quibus humana vita non est sustentabilis, quæ utique non sunt pauca. Licer autem in rebus usu consumptibilibus, nec ius intendi, nec ipsum uti possit constitui vel haberi, ipsi tamen poterit ius abuti: Abuti autem (dum tractatur de rebus usu consumptibilibus) pro rei consumptione sumitur, quod ei opponitur, quod est uti. Vix quidem presupponit, quod cum usi salva rei substantia maneat, sed abuti exigit, quod cum actu hujusmodi rei substantia consumatur: cum abuti nihil aliud, quam contra naturam usus uti in hac materia proprie possit dici. Licer autem quis re usibili absque iuste intendi aliquo uti possit, ipsum tamem uti, etiam in re tali absque iure intendi, separato a domino vel coniuncto, nec ab aliquo potest constitui, nec a quoquam haberi. Et quod talis uti constitui nequeat, ex hoc pater, quod dare vel constituere quod suum non est, nec ad se pertinet, nemo potest, licer interdum illud dare possit alter, quam sit suum. Actus autem ipse intendi ad utendum pertinent, in quantum quis suorum actuum per liberum arbitrium & voluntatem dominus dicitur, cum per hoc illos non exercere valeat, vel etiam exercere: non autem actus ipse intendi ad eum pertinet, qui concedit alii, quod in re sua actum illum valeat exercere: quod utique nihil est aliud, quam quod actum suum ad rem concedens ad actum suum utens valeat applicare. Sicut qui etiam suum aliqui commoda, non actum, equitandi concedit commodatio, sed quod actum illum in equo suo valeat exercere: quod non est utique actum intendi simplicem concedere sine iure, cum hæc concedere nihil sit aliud, quam concedere ius intendi: quod quidem ius intendi separatum à propriete seu dominio in rebus, quæ usi consumuntur, nequeat constitui: ut pater manifestius ex prædictis. Præterea quod simplex usus, id est, sine iure intendi à proprietate seu dominio separatus, etiam in re usibili haberi nequeat, sic probatur. Si enim possit haberi usus talis, aut ante actum ipsum, aut in ipso actu, aut post complerum actum, hujusmodi habetur. Quod autem hoc nequeat fieri, ex hoc pater, quod

a Vide glossam in Clem. ex vi. 9. promide. ver. foliis. ut detur dicendum.

non est, nequam haberi potest: patet autem quod actus ipse antequam exercetur, aut etiam dum exercitur, aut postquam perfectus est, in rerum natura non est, ex quo sequitur, quod haberi minime potest: licet enim & ante actum ipsum quis facultatem illam habeat exercendi, per hoc tamen actus ipse in rerum natura, nisi in potentia, non existit: cum autem actus est in fieri, nec adhuc quod ipse actus in rerum natura sit, potest dici, licet pro eo quod sicut fieri, dici possit: quod enim de actu, qui est in fieri, praterit, vel futurum est, jam non est in rerum natura, sed memoria vel apprehensione tantum est, quare nisi prius in memoria vel apprehensione tantum est, haberi nequam potest. Quod autem in praesenti sit, momentaneum vel instantaneum est, quod utique magis intellectu quam sensu percipi potest: unde nec potest haberi pro tunc, nisi pro momento illo seu instanti, in quo cum est, potest dici actum post actum completum: licet si ex facto ipso producatur res aliqua fuerit, res ipsa aliqua facta haberiveleat, factum tamen ipsum, quod jam transit, nisi in memoria (prout supradictum est) non haberur. Præterea si simplex usus absque iure utendi haberit aliquid, confit, quod non iustus esset actus utendi hujusmodi reputandus: cum ille usus fuerit, cui jus non competebat utendi: talis autem usus non iustus ad perfectionis statum nequam pertinet, nec perfectioni aliquid adiicit, sed sibi repugnare potius ac detrahere noscit manifeste. Quod autem usum non iustum conditor canonis fratibus ipsius intellexerit reservare, nequam debet aliquis sapiens astimare, immo quod de iusto intellexerit ex eo potest evidenter apparere, quod in eadem ordinatione curavit adiicere, quod illarum rerum dunxerat in se & ecclesiam Romanam recipiebat dominum, quarum usum facilius erit habere fratibus seu ordinis antedictis, subiungens nihilominus, quod non rerum omnium usum habere debeant fratres Christi: quantum autem ad usum facti simplicem absque omnijure utendi attinget, nulla rerum quoad fratres differentia est sensenda: sic enim in de facto possum prohibiri, ut permittas: quare præmissa rerum distinctio ad illum usum facti ponit est referenda, pro quo ipsi competet fratibus jus utendi: querundam enim rerum usum fratibus ipsi prohibitus noscitur, & querundam permittit: ex quo sequitur, quod usus facti, de quo ordinatio loquitur, de tali intelligi debat, qui iustus sit, id est pro quo competat jus utendi, & hoc conditor ipse canonis exprimit evidenter, cum in eadem ordinatione adjeicit, quod moderatus usus in expensis prius rebus ipsiis fratibus est concessus. Præterea si in rebus consumptibus politus usus constitui vel haberi, nequam simplex, nec à rei substantia, proprietate, seu dominio separatus ulius hujusmodi posset dici, cum per talem usum, id est utendi actum, & in ipso actu, & cum ipso actu res consumuntur hujusmodi, ac in ipsis rei exercitorum substantia, nec sine ipsis consumptione esse valeat usus talis: ex quo patet, quod usus talis nec simplex nec separatus à domino potest dici. Rursus a nedum fratibus ipsius ordinatio prædicta non profuit, sed etiam occasionanter honori sacrae Romanae ecclesie non leviter detravit & detrahit. Nunquid non præfata ecclesia de rogatur honori, si ipsam oporteat nunc in foro ecclesiastico, nunc in seculari, interdum quoque coram pedaneis judicibus, & plerunque pro rebus parvis & vilibus continuè litigare? Hoc autem notum est fieri, cum occasione retentionis dicti dominii omnes causas occurrentes agendo vel defendendo pro bonis hujus-

a. Vide Bart. lib. 2. minori c. 8. diff. dicentes constitutionem Marianam non profusa correllam. add. Baldum relatum per Pet. de Angha. in Clem. Exarvi.

modi nomine Romanæ ecclesiaz virtute cuiusdam privilegii à fr. re. Martino Papa quarto predecessoris nostro concessi, super hoc agitantur, & (quod gravius est censendum) procuratores caularum hujusmodi mollos vexare dicuntur indebiti, licet potest amicus procuratoribus talibus per privilegium antecedentium, quod administrationem honorum præmisitorum dum servata non fuerit, nec servent, que omnia in notam & injuriam sancte Romanae ecclesie non ei diarium redundare. Adhuc ordinatio antedicta ecclæsum prælatis & rectoribus gravis existere nimis & molesta monstratur. Nunquid non grave præmissa potest existere, quod ipsos oporteat se opponere fidei Romanae ecclesiaz, que ipsorum caput noscitur & negligit, ac cum ea agendo vel defendendo litigant illud, vel cedere iuri suo? hoc tamen oportet illi facere, cum in multis dicti fratres prædicti existere diuant injari, sicut multorum prælatorum & rectorum diversarum Provinciarum adhuc in curia eminentia habet insinuatio, qui quidem fratres facta sua procuratores nituntur defendere antedictos. Nos igit, qui veritatem tenemur colere, veluti ille, qui illis, qui veritas noscitur, licet immixtis, vicem tenemus in terris, illa volentes in sancta Dei ecclesia, que non vero obtinunt tantum, sed quæ se potius obterent: præmissis in Scrutinio recta considerationis adiutori, & deliberatione cum fratribus nostris & multis aliis præbenti diligent, dignum arbitrantes & coniugum prossessores dicti ordinis non verbis tantum, non similitudinibus aëribus, sed operibus claris veritate sufficiunt perfractori status, ac altiori paupertatis sibi prærogativa, præ alias mendicantibus vindicare, ac nihilominus honoris sacrae Romanae ecclesiaz cuius observantia posset gloria, si tam perversa simulatione, qui prædicti & ipsi simulatibus offici, & aliis scandali materia subministrant, dissimulando illi occurserit, confessio ac insuper volentes indemnitiati prælatorum & rectorum salubriter super hoc providere, nolentes in populum sub prætextu seu pallio talis dominii tempore verbalis, nudi ac xingmatici tanta bona, quæcumq; fratres faciunt, infici, ac fomentant tantis malis, quæ procedunt ex simulatione hujusmodi, ministrant. De fratrum nostrorum consilio hoc edicto in populum valitudo facientur, quod in bonis, que in populum conferuntur vel offeruntur, aut aliis generaliter obvenire contingit fratibus seu ordinis hujusmodi (exceptis ecclesiis, oratoriis, officiis & administratiobus, ac vasis, liberis & vestimentis diversi officiis destinatis vel dedicandis, quæ ad ipsos solitudo in funeris, ad quæ se non extundunt, sacerdotio inconveniens sunt) prædicta: propter quod confirmationem solida extendi nolumus) nullum jus seu dominium sceptra occidatione ordinationis prædicti seu cuiusvis alterius a quocunque prædecessorum nostrorum super hoc specialiter adiuta Romanae ecclesiaz acquiratur, sed quod hoc habeantur prout ordinatio hujusmodi pro non factis. Per hoc autem in his, quæ ab eo dictis ordinationibus in bonis prædictis ad dictam ecclæsum proveniente vel pertinentem quomodolibet poterant vel debebant, nullum eidem parari præjudicium volumus, sed illa sibi expressius intacta & inviolata servamus. Et quia præsumptum Martini Papæ predecessoris nostri privilegium, dudum servatum quod administrationem honorum præmisitorum non exigit, nec servant, ac iporum procuratorum officium, qui nominantur ministeris & custodibus dicti ordinis, ecclesia Romana injuriosum, ac multis aliis molestum noscitur, & etiam onerosum: distictius inhibemus, ne deinceps pro recipiendis, petendis, extorquendis, defendendis seu administrandis bonis, quæ in posterum fratibus vel ordinis prædictis offerri vel conferti, seu alias obvenire, contingat,

continget, quisquam nominetur à quoquam seu constituerat amodo nomine sancta Romana ecclesia procurator: nec occasione cuiusvis privilegi, quicunque administrationem quorundam bonorum, qua obvenire statutis ipsi, vel ordini continget in posterum in iudicio vel extra, agendo vel defendendo, supplicando vel alias quomodolibet assumere vel exercere dicta ecclesie nomine audeat, nisi de sedis Apostolica licentia speciali: decurrentes irritum & inane, si fecerit quoquam in posterum contingit attentari: Non obstantibus quibuscumque privilegiis, a Martino Papa predicto, vel aliis praedecessoribus nostris ipsi fratribus vel ordinis, sub quocumque forma vel expressione verborum concessis. Per hoc autem dicti ordinis regulæ in aliquo non intendimus derogare, nec privilegiis fratibus ipsi seu eorum ordinibus. Apóstolica fide concessis, nisi duntatax quoad præmissis & ista tangentijs prædicimur aliquod generare. Nulli ergo hominum licet hanc paginam nostra sanctioris, inhibitionis, constitutionis & intentionis infringere, vel ei aucti temerario contraire. Si quis autem hoc tentare præsumferit, &c. Datum Avignon. 6. Idus Decemb. pontificatus nostri, Anno 7.

CAP. IV.

Opinio, que afferit Christum, & ejus discipulos nihil habuisse, & in hi que habuerunt nullum iure esse suisse, erronea est & heretica. Recurravagans est valde notabilis, & glossas habet presundas, que sunt ex sacra scriptura fontibus hausta. Si diligenter extravagarem, præcederem & sequarem insperatum, locum hunc aptum fuisse assignatum, mea opinione dixerit.

CVM a inter nonnullos viros scholasticos sapientia contingat in dubium revocari, utrum pertinaciter affirmare Redemptorem nostrum, ac Dominum Iesum Christum, ejusque Apostolos in speciali non habuisse aliqua, nec in communi, etiam hereticum sit censendum, diversa & adversaria sententias circa illud. Non huic concertationi finem imponere cupientes, assertione hujusmodi pertinacem, cum scriptura sacra, qua in plerisque locis ipsos nonnulla habuisse afferit, contradicat expressè, ipsiusque scripturam facram, per quam utique fidei orthodoxa probantur articuli, quoad præmissa fermentum aperte supponant continere mendacia, ac per consequens quantum in ea est ejus in rotum fidem evançans, fidem catholicam reddat, ejus probationem adimens, dubiam & incertam, deinceps erroneam fore censendam & hereticam, de fratrum nostrorum consilio hoc perpetuo declaramus editio. Quidam in posterum pertinaciter affirmare, quod Redemptori nostro predicto, ejusque Apostolos, qua ipsos habuisse scriptura sacra testatur, nequam jus ipsi utendi competitorit, nec illa vendendi seu donandi jus habuerint, aut ex ipsi alia acquirendi, qua tamen ipsos de præmissis scilicet scriptura sacra testatur, seu ipso posuisse facere supponit expressè: cum talis assertio ipsorum iuris & gesta evidenter includat in præmissa non iusta, quod utique de iuri gestis, seu factis Redemptionis nostri Dei filii sentire uera est, scriptura sacra & doctrina catholice in iruicium; assertio rem ipsam pertinacem de fratrum nostrorum consilio deinceps erroneam fore censendam merito ac hereticam declaramus. Nulli ergo oratione hominum licet hanc paginam nostrorum declarationum infringere, vel austere temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Avignon. 2. Idus Novemb. Anno 7.

CAP. V.

Reprobatur opinio illorum detractorum, qui præsumunt

a Vide B. Anton. p. 4. tit. 12. c. 4. §. 23. & Turrecrem. in summa de Ecc. l. 2. c. 152. ad 10. argum.

impugnare constitutiones loan. 22. Ad conditorem canonum. Et, Cum inter nonnullos: supra immidiatè precedentes. Et præmissi reponserunt ad omnes eorum objectiones, tandem declarantur tanquam heretici, & Romane ecclesiæ rebelles, ab omnibus evitandi, si deinceps scienter verbo vel scriptis aliqd. defendere vel approbare contra illas presumperint. Hic habetur sub parte secunda & tercia, de clavis materia, prolixa & utilia diffusatio.

Via quorundam mentes sic pater mendaci dicitur exexcasse, quod nostris constitutionibus, quarum una incipit: Ad conditorem canonum: alia vero, Cum inter nonnullos. utiquam cum fratribus nostris sancta Romana ecclesiæ Cardinalibus, quā cum multis Archiepiscopis & Episcopis, aliisque ecclasiæ Prælatoris, necnon & complutibus sacra Theologia magistris, ac utriusque juris Professoribus deliberatione præhabita diligentè digestis, ac de præmissorum fratrum nostrorum consilio promulgatis: non absque multa temeritate plectibili, nisi sunt detrahente, & nituntur veritatem quam continent, per falsas infamias obfuscare. Nos tam pernicioſis autibus, ne eorum doctrina pectora simplicium animos labefacere, ac in sui erroris devitiū deducere valeat, de eorundem fratrum consilio decernimus super hoc salubriter (ut sequitur) providere. Ad impugnandas autem constitutiones predictas supra scripta ratione, tam verbo, quam scripto usi sunt publicè, sicut fertur: illud, inquit, quod per clavem scientie, in fide ac moribus semel definitam Romani Pontifices, adeo immutabile perseverat, quod illud successori revocare non licet in dubium, nec contrarium affirmare: licet de his, qua per clavem potestatis ordinaverint, afferant se eis esse: in confirmatione autem regulæ ordinis fratrum minorum, Honorii tertii, Gregorii noni, Innocentii quarti, Alexandri quarti, Nicolai quarti praedecessorum nostrorum summorum Pontificum hæc verba afferuntur continent: Hæc est regula Evangelica Christi, & Apostolorum imitatrix, quæ nihil in hoc mundo habet proprium vel commune, sed in rebus, quibus utuntur, habent simplicem ulrum facti: his addere præsumentes, prefatis summis Pontifices, & multa concilia generalia per clavem scientie definitæ paupertatem Christi & Apostolorum constituisse perfecte in explicatione cuiuslibet temporis dominii civilis & mundani, & sustentationem eorum in solo & nudo usu facti etiam constituisse: ex quibus intuimus concludere, non licuisse, nec licere ipsorum successoribus contra præmissa aliquid immutare. Ideoque cum constitutione nostra in ratione prædicta, contra definitiones praedictorum praedecessorum nostrorum (sicut afferunt) definient, Christum & Apostolos in iis quibus habuerunt habuisse non tantum simplicem ulrum facti, sed jus faciendi de ipsi, eosque ipsos scilicet scriptura sacra testatur: pertinacem assertionem dicentium ipsos jus hujusmodi minime habuisse, cum actus illorum suissecludant non iustos, quod de Christo nefas est dicere, hereticam declarando: concludere satagent, licet salso, nobis non licuisse declarare vel statuere supradicta. Item quia constitutio, Ad conditorem canonum: contra definitiones predictas fratres minores afferit non posse habere in re aliqua simplicem ulrum facti, intuimus similiter concludere contra ipsam. Quod autem quod in ratione predicta præmittitur, videlicet, quod illa, qua per clavem scientie in fide ac moribus a summis pontificibus semel facta definita, eorum successoribus revocare non licet in dubium, nec contrarium affirmare, licet securus (sicut dicunt) in iis qua per clavem potestatis per summos Pontifices ordinantur, prorsus sit contrarium veritati, paret ex sequentibus evidenter: primò quidem secundum illos, qui tenere clavem

M m m 4

spiritualem nequam esse scientiam; sed ligandi atque solvendi potestam, patet assertores predictos, ponendo esse scientiam, errasse: pro quibus facit clavis definitio, qua à doctoribus datur: *Clavis est specialis potestas ligandi atque solvendi, qua judex ecclesiasticus dignos recipere, & indignos excludere debet a regno.* Item quis claves, de quibus agimus in collatione sacerdotali ordinis, conferuntur: constat autem quod ordinato in sacerdotem scientia communiter non confertur: quare secundum illos videtur, quod scientia non est clavis, sed potentia tantum ligandi atque solvendi debet dici clavis. Adhuc secundum illos, qui ponunt unam clavem spiritualem esse scientiam, & secundum illos, qui auctoritatem discernendi inter lepram & lepram esse alterum clavem. & aliam potestatu ligandi atque solvendi, nosluntur evidenter errasse. Supponunt enim per claves hujusmodi circa ea, quae fidei sunt, & alia, posse per constitutionem aliquam definiri: claves autem, quae in sacerdotali conferuntur ordine, ad alia minime se extendunt: alia se feretur quod circa permissa possent constitutiones sacerdotes simplices facere, quod falsum est evidenter. Si autem intendant claves istas extendere ad generalem potestatam attributam beato Petro, suisque successoribus in persona ejusdem in commissione officii pastoralis, per quam utique videatur evidenter ipsis omnia concessisse, sine quibus pastoris universalis convenienter cura nequit. seu officium expeditum: adhuc clarer ipsorum errasse: dicunt enim alium affectum habere illa, que per clavem scientia, & alium illa, que per clavem potentia statuantur, supponentes alia per clavem scientia, & alia per clavem potentia statui, seu etiam definiri, quod evidenter est fallum: per clavem enim scientia, sive per auctoritatem discernendi, seu cognoscendi inter lepram & lepram (si ipsam dixerimus esse clavem) nil aliud per ipsam illi, cui datur, tributur, nisi auctoritas cognoscendi. Ea autem, cui datur auctoritas de re aliqua cognoscendi, de illa definiendi non intelligitur esse data. Quare refutat quod ad convenienter statuendum, seu aliquid definendum, utraque clavis, scilicet cognoscendi & definendi necessarium requiratur: vel quod soli clavis potentia statuere competit, & etiam definire: sed sicut lumen materiale clavigerum in uim clavis materialis dirigit, & quasi quantum ad hoc obtineat scientia vicem lucis. Et hoc salvator noster in promulgatione clavium facta beato Petro sensisse videtur expressum, cum post illam immediatè subjunxit: *Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in celis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in celis, nulla de scientia habita mentione.* Quod autem subsequenter proponitur in ratione praedicta: videlicet, quod in confirmatione & declaratione regulæ fratrum minorum, nonnullorum praedecessorum nostrorum, videlicet Honori tertii, Gregorii noni, Innocentii quarti, Alexandri quarti, Nicolai quarti, verba hujusmodi continentur. Hæc est regula Evangelica, &c. supra posita, usque ubi in mundo usi facti eriam constituisse patet, prorsus obvia veritati. Honorus quidem praefatam regulam absque declaratione aliqua confirmavit, in cuius confirmatione verbis praedictis mentio aliqua non habetur, ut liquere potest cuiuslibet confirmationem hujusmodi intuenti, nisi quatenus de vita Evangelica haberetur mentio in ipsa regula confirmata: ibi, cum dicit: *Hec est regula fratrum minorum, videlicet domini nostri Iesu Christi sanctum Evangelium observare, vivendo in obedientia, sine proprio, & in castitate.* Ex quibus verbis concludi non potest, quod per ipsum praedecessorem nostrum eum, quod ipsi in verbis praedictis assertum, fuerint definita: imo potest concludi potius, quod vita Evangelica, quam Christus & Apostoli tenuerunt, habere in communione aliqua non excludat, quum sine proprio vivere non exigat, quod si viventes nihil habeant in communione. In declaracionibus quoque Gregorii, Innocentii & Alexandri predictorum, qui eandem regulam absque confirmatione declarant, similiter nulla prioris fit mens de predictis: imo per eas evidenter offendit eorum, quae habere licet ipsis fratribus, usum juris ad ipsam ordinem pertinere. Gregorius quidem in sua declaratione, quantum ad hoc, interseruit, quod sequuntur. Dicimus, quod nec in speciali, nec in communione debet habere proprietatem: sed uenifilium, liborum, & rurum mobilium, quas licet habere: ordo usum habere & fratres, secundum quod generalis minister & provinciales ordinandum duxerint, hisutorunt. Innocentius autem & Alexander praefati in suis declarationibus sic dixerunt: Dicimus insuper, quod cum in regulâ continetur expressum, quod fratres nihil sit proprium, neque domum, neque locum, neque aliquem, quod nec in communione nec in speciali debet proprietatem habere: sed locorum, & dormitorum, & uenifilium, & liborum, & eorum, que licet habere, eorum habeat, & fratres secundum quod generalis & provinciales minister ordinandum duxerint, his autorunt. Cum enim dicatur in declarationibus superioribus, quod ordo usum rerum habeat præmissum, ad usum juris necessari est hoc referri: sicut quidem singularium sunt, personam veram exigunt, & requirunt: ordo autem vera persona non est, sed representativa & imaginaria potius est censenda: quare, quae sunt facti, sibi sere convenient nequeunt, licet ipsi conguere quæ sunt iuri: Adhuc licet declaratio Nicolai quarti praedicti continetur, quæ sequuntur. Illud illi: *laetate regule professores, qui Evangelio facinorū eloquio, vite Christi roborantur exemplo, virorumque militantis ecclesie Apostolorum ejus famosis & actibus firmantur.* Et post in eadem declaratione subjunxit dicens, quod abdicatio proprieatum rerum, tam in speciali, quam in communione non per Deum meritior est: & laeta, quam ei Christianum perfectionis ostendens, verbo docuit, & eum post firmavit: quamque primi fundatores milites ecclesie, prout ipso fonte haueant, in ratione perfectè vivere, per doctrinam ac vita infelix interdixerunt. Ex verbis tamen praedictis nequam potest colligi, quod praefati prædeceleris & conditoris intentio fuerit, dicere, quod dicta regula, sive omnia, quae continentur in ea, Evangelio dicuntur eloquio, ac vita Christi roborantur exemplo, et quod Apostolorum vita & alibus sit simile. Contra enim multa continetur in dicta regula, quae nec Christus verbo docuit, nec exemplo firmavit: sicut, quod præcepit conditor regule fratribus universi, ut nullum donum vel pecuniam recipiant per se, sed per interpositionem personam, neenon & de multis aliis contentis in dicta regula: quod unique nec Christus, nec Apostoli verbo docuerunt, nec firmaverunt exemplum. Nec obstat, quod Christus portare pecuniam Apostolis & discipulis, dum ipsos ad predictandum mittet, interdixit: quod tamen antequam eos mittet, ipsi fuisse legimus interdictum. Quodque post testimoniū pecuniam portaverunt, in plenisque locis evangelica veritas, & Apostolica dicta testantur. Præterea Augustinus dicit expressum, quod illud non sicut parvum, sed potest recipiendi necessarium ab illis, quibus predicabant Evangelium, quam servare Apostoli fecerunt, vel etiam non servare. Sed hoc Romanus Pontifex prædecessor noster Nicolaus, quod principia trivota, scilicet in obedientia vivere, & sine proprio, & in castitate, ac alia, si quis Evangelio repenterit expellit, in dicta regula videtur intellexisse dicens in declaratione praedicta: quod utique declarationibus nostris in nullo

nullo obviat supradictis: adhuc non appareat ipsum dixisse sustentationem Christi, & Apostolorum eius in solo & nudo simplici consistere usi facti: cum, quoad Christum & Apostolos, nullam praefatus predecessor noster Nicolaus, in sua declaratione fecerit mentio nem: imo sensisse fatis videatur expresse, quod jus aliud a proprietate habuisse potuerunt: cum de sola abdicatione proprietatis, non iurius alterius, in praefata declaratione, quantum ad ipso attingere, haberetur. Ad hunc ideo Nicolaus predecessor noster videatur sensisse, quod Christus & Apostoli etiam quoad proprietatem habuerunt aliquid in communione, cum enim in sua declaratione prae dicta verba de abdicatione proprietatis dixisset, respondens objectionem itaciz, quae sibi de loculis, quos Christus habuisse in Evangelio legitur, poterat fieri statim quae sequuntur, subjunxit: nec his quisquam pure obstatere, quod interdum dicitur Christum loculos habuisse: nam sic ipse Christus, cuius perfecta sunt opera in suis actibus, viam perfectionis exercuit, quod interdum infirmorum imperfectionem condescendens & viam perfectionis extolleret, & imperfectionum infirmas semitas non damnaret: sic & infirmatum personam Christum afferit in loculis suscepisse. Aliis impertinent de loculis fuisse objecio, nisi intellexisset Christum etiam quoad proprietatem loculos habuisse. Fratres si diceret Christum in loculis habuisse tantummodo simplicem usum facti, strata dicerebunt, quod in personam infirmorum ipso Christus habuit loculos: cum secundum eum perfectis etiam conveniat habere simplicem usum facti. Et si queratur, propter quos infirmos istos loculos habuerit: Augustinus, cuius dictum inserit est in decreto, responderet dicens: Habet dominus loculos a fidelibus oblatas conservans, & suorum necessitatibus, & aliis indigenibus tribuebat: unde constat ipsum de suis dispensulis hoc sensisse. Nec hoc scilicet in communione & quoad proprietatem aliqua habere derogatur, juxta dictum Gregorii IX. praedicti: alii sim pauperi, qui in quadam sua decretali dicit: expresse fratres predicatores & minorum editi videtur sensisse, in qua aliquando de dictis fratribus, que sequuntur subjunxit: cum insuper responderet, quod idem fratres omnia propter Deum derelinquerint, exilia vita subdiaconia mendicantes, Christumque imitantur pauperes, perfectionem Evangelicam amplexando: propter quod evidenter apparet eos non solum in statu salvandorum existere, sed etiam perfectorum, & per sua religionis observantiam, que quidam ipsius perfectionis Evangelicae tenet formam, in aeterna retributione primo precellementem gloriam promiseri: ubi quidem expresse dicit, predicatorum Christum pauperem imitari, ipsoque perfectionem Evangelicam amplexari, & in statu existere perfectorum, quodque ipsorum religiosis observantiam perfectionis Evangelicae tenet formam, & tamen constat ipsos habere posse etiam quoad proprietatem aliqua juxta eorum regulam in communione. Neo obstat, quod dicunt Innocentius & Celestinus V. predecessor nostrum dixisse: in paupertate esse, habere pauca propria proprie, & altiore, quae nulla habet propria, tamen habet communione: alii sim, que nihil habet in hoc mundo, nec in proprio, nec in communione, dicimus quidem quod hoc dixerit, non ut Papa, sed ut frater Petrus de Tarantasia, in quadam postilla sua, quare dicta premisitorum summorum Pontificum sunt ei merito preferenda. Dicunt etiam quod Apostolus de tali altissima loquitur paupertate, dicens:

a. Alia: & Augustinus de doctrina Christiana tenet, &c.
b. Notatur bene, & qui dicitur hereticus, vide gl. ff. Clemens I. de usu hereticis 24. qu. 3. & Ioannes Turrece, lib. 4. pars. 2. Font.

quod abdicationis juris in cuiuscunque rei proprietate & in cuius ejus est sancta & meritaria propter Deum, & à Christo in seipso servata, Apostolis imposita, & ab ipsis sub voto assumpta: nec propter hoc usus facti ad sustentationem natura in Christo & Apostolis convincitur esse non iustus: sed tanto iustior atque perfectior, & Deo acceptior, & mundo exemplarior, quanto plenius renunciationem fuerit omni juri, per quo potest sic utens pro usu hujusmodi quomodo ibet contendere vel in iudicio litigare. Quia quidem assertio continet multa falsa: cum neque Christum expropriationem predicant omnis juris in cuiuscunque rei proprietate, & in ejus usu in se servante, nec eam impossuisse Apostolis, neque sub voto ab ipsis fuisse receptionem, Evangelica seu Apostolica doceat historia, sed contrarium evidenter manifestat. Quod autem in praedicta assertione adscitur, quod per abdicationem jurisprudentie, videlicet proprietatis, si usus facti ad sustentationem natura in Christo & Apostolis non convincitur esse non iustus, sed tanto iustior, & impossibilitatem includit & errorem dictum hujusmodi evidenter. Impossibile enim est actum humorum extirpare, cum esse iustum, si exercens actum ipsum nullum ius habeat illum exercendi: immo non iustus seu iustus, necessario convincitur talis usus. Item est absurdum & erroneum, quod actus aliquis non habent ius a cum hujusmodi faciendo, sit iustior & Deo acceptior, quam habentis, cum concludat actum iuramentum iustitiae & Deo acceptorem existere, quam sit iustum. Ex primis autem inferre nituntur, ut tertius quod praedictorum summorum Pontificum definitio, quam defuerunt de paupertate Christi & Apostolorum ac fratum minorum praedictorum regula (prout superior expresserunt) per nos non potuit mutari, prouidubio falli assertur, dicendo praedecess. nostros definitivae talia, ut superior est probatum, & adhuc si loquentes, dum per talia constitutiones nostras impugnare satagunt, constitutiones illas, quibus se adjuvant, ostendunt (si eorum falsa assertio veraz existente) fore invalidas, eroneas & infirmas. Si enim nobis non licuit contra constitutionem Nicol. IV. praedecess. nostri, in qua se condidit, principie aliquid statuere commune, nec sibi licuit contra statuta Gregor. Innoc. & Alexand. praedictorum statuere aut aliquid declarare, quod tamen ipsum fecisse (secundum eorum assertione) noscitur evidenter: cum enim illi declaraverint, quod ordo minorum haberet usum earum rerum, quas licet eis habere, quod ad usum juris est referendum necessario, ut superior est probatum: ipse vero secundum ipsos dicitur, quod nec ordo, nec fratres ius utendi habent, sed tantummodo simplicem usum facti: & infrauper ordinavit, decrevit & statutum hujusmodi constitutionem, ordinationem & declarationem suam duxit a fratribus ipsis praecise & inviolabiliter perpetuis temporibus observantam: constat non solum quod contra declarationes praedictorum ordinaverit, sed ipsum illas quantum ad ea, quia sua declaratio continet etiam revocasse. Ipsorumque praedecessor noster in sua declaratione subiungit, ad fedis Apostolicae declarationem & ordinacionem eorum, & circa ea, quia ipsa declaratio pertinet, sic dicens: Si quid in praedictis ambiguitatibus emerget, hoc ad culmen fedis Apostolicae deducatur, ut ex autoritate Apostolica sua in hoc manifestetur intentio, cui solum concilium est in his statuta concedere & condita declarare: cuius tamen contrarium assertum hujusmodi assertores. Adhuc pater, quod assertum est falsum: licet enim Innoc. III. praedictus in generali concilio interdictum novas religiones institui: tamen successores ipsius (non obstante interdicto hujusmodi) plures leguntur ordines confirmasse, qui etiam (aliquibus exceptis) fuerunt postea per Gregor. IX. praedecessorem nostrum dissoluti certo modo in concilio ge-

neri. Si igitur post interdictum generalis concilii summis Pontificibus non confirmatis in tonis disolvere, non est mirum, si quod declarat circa regulam diuinum solus summus Pontifex, vel ordio, licet successoribus declarare, seu alias immovere. Partem quod neque Honorius confirmavit, neque Gregor. neque Alexand. neque Nicolai praedictorum facta fiera in concilio generali, cum per nullum ipsum fuerit generale concilium celebratum, licet Innoc. IV. celebrat concilium generale, tamen in illo, nec auctoritate aliorum concilii facta fuit ipsius declaratio supradicta. Nullus autem IV. nec celebravit generale concilium, nec a liquid circa dictam regulam declaravit. Gregorius item IX. praedictus, nec confirmavit, nec declaravit regulam: sed in generali concilio, ubi causae fuerunt nonnulli mendicantium ordines, dictorum enim minorum, & praedicatorum ordines non causiva illorum approbatos, sic dicens: Ad eos, quos ceteri eti ueritas ecclesiae universali perhibet approbatos, praefitem non patimur constitutionem excedere. Preterea dicant nobis, ubi legunt assertiones hujusmodi, quod ad fidem vel montes pertineat, Chilianum & Apostolos non habuisse in iis, quia habuerunt, nisi simplicem usum facti: profecto directe hoc ad fidem non pertinet, cum hoc articulus non sit aliquis, nec sub quo valere comprehendi, ut pater in symbolis, inquit articuli deontinentur: nec etiam reditum, ne quis hoc facta scriptura continet, quo negato tota tempora facta modum dubia: & per consequens articuli facti, quibus per scripturam sacra probati, reddendum debet certi: hoc enim in scriptis sacra non potest, sed in tritram reperi. De fratribus autem minoribus dividit factum est, quod de plurimis pastore & symbolum facti, seu de domino coram, quia ipsi observant, quod summus Pontifex illud tibi & Romana ecclesia servaverit vel potuerit servare, nec quod illud servatum successori abiecere non licet, si hoc expedire volerit, seu quod procuratores constitutos auctoritate summae Pontificis pro negotiis ordinis praedicti transacti revocare non valeat in praedictis symbolis. Exempli que actibus Apostolorum & epistola mentis alios habetur. Vnde non possunt ex praedictis contradictionibus, quin contra ordinatus per summos pontifices, si falso, quin contra successorum aliud ordinare: quid nondum praefatus expresse in sua declaratione assertum, ut superius plenius continetur. Nos inquit, in omnibus mendaciorum hujusmodi ac etiam silenter utrue fieri, errore & damnata doctrina, confirmatione ac confusione utique omni digna, gloriosa factum, & alios trahere in errorem, cum aucto appendere, se peccatum per constitutionem praedictam hereticis, se cum probare, videlicet quod Christus & ejus Apostoli in ea, que habueruntur, tantum habuerint abesse nec aliquo usum Christi fuisse non iustum, quod profecto blasphemiam continet, & est catholicis fieri inimum, de hoc de pertinaci animositate ac errore non sit deplorabile processisse: omnes & singulos, qui verbo accidierunt, ipsos quoque qui eos docuerant in talibus, & ut primitus facerent, in damnata incidunt hereticis, ut hereticos evitando fore, de fratribus nostrorum concilio declaramus. Si quis autem damnatus per constitutionem, cum inter praedictam hereticis, vel spiritum alteram, deinceps scienter verbo vel scapo defendere vel approbare presumperit, de statutum concilii consilio decernimus, ut tangam hereticus ab omni bus evidenter habeatur. Adhuc quod confirmatione nostram, Ad conditorem canonum, supradictum ius no austrum impugnare nisi sunt (sicurissimus) diffinitione-

corundem fratrum consilio inhibemus, ne quisquam contra definita, ordinata seu facta per ipsum verbo vel scripto scienter approbet aliquid, vel defendat. Si quis vero contra presumperit, tanguam contumax, & re-

bellis Roman. Eccles. ab omnibus habeatur. Nullius ergo, &c. Data Avignon. IV. Idus Novembri. Pontificatus nostri Anno. nono.

Constitutum viginis Ioannis vigesimi secundi finit.

EXTRAVAGANTES COMMUNES, A' DIVERSIS ROMA- NIS PONTIFICIBUS POST SEXTUM EDITÆ, CUM SUIS (UT VO- CANT) SUMMULIS.

DE CONSUETU DINE.

TITULUS I. CAP. VNIC.

Consuetudo impediens ne legati sedis Apostolice recipiantur, non valet: & illa non obstante legati ipsi sunt ab omnibus recipiendi, & eos impeditentes ipso facto excommuni cationem incurant, & eorum terra ecclesiastico sub jiciuntur interdicto.

Ioannes XXII.

Vper gentes & regna Romanus Pontifex a Domino constitutus, cum personaliter singulas regiones circuire non posset, nec circa gregem sibi creditum curam pastoralis sollicitudinis exercere: neccesse habet interdum ex debito im posita servitutis suos ad diversas mun di partes (prout necessitates emergerent) delineare legatos, qui vices ipsius supplendo, errata corrigit, aspera in planis convertant, & commissis sibi populis salutis incrementa ministrent. Verumamen aliqui hujusmodi officium & potestatem ipsius Roman. Pontificis, quam non ab homine, sed a Deo receperit, sub suo arbitrio redigere molientes, legatos ipsos nisi ab eis petiti fuerint, vel de denegacio coram transmissi, sibi terras subiectas (dicentes hoc eis de consuetudine competere) ingredi non permitunt. Nos hujusmodi consuetudinem, non tam irrationali, quam nonnunquam animatum fa luti contrarium, detrahentemque Apostolica potestati, auctoritate Apost. penitus reprobantes, legatos ipsos ab omnibus, cuiuscunque praeminentia, conditioni, aut status fuerint, debere admitti decernimus: nec eos praetextu cuiusvis consuetudinis impediri posse a quoquam Christiano nomine gloriante, quo minus regna, provincias & terras quasi libet, ad quæ ipsos destinari contigerit, ingreditur liberè, ac commissis sibi legationis officium exerceant in eisdem. Qui vero de cetero super prædictis dñis legatos, aut etiam nuncios, quos ad qualunque partes pro causis quibuslibet sedes ipsa transmiserit, presumperint impidere, ipso facto lententiam excommunicationis incurant. Regna, terra & loca quilibet subiecta eisdem tamdiu sint eo ipso ecclesiastico suppo-

sita interdicto, quamdiu in hujusmodi communis discr etent persistendum. Non obstantibus quibuslibet indulgentiis, aut privilegiis, Imperatoribus ac Regibus, seu quibuscumque aliis sub quibusunque modis, tenoribus & formis a fede ipsa concessis, quis contra premissa nullius volumus suffragati.

DE POSTULATIONE PRÆLA TORUM.

TITULUS II. CAP. VNIC.

Alioreo: XXVII. anni secularis, & mendicantes religiosi, ad certas ecclesias prohibentur postulare: & puniuntur tam postulant, quam postulati.

Ioannes XXII.

D Ispendii & periculis variis, que ex subscriptis postulationibus possent ecclesiis evenire, & vacationum diuturnitatibus, que conuierunt nonnunquam ex postulationibus irrationalibus provenire, ac dispendiis, que inde frequenter ecclesiæ incurunt, ad futuram rei memoriam obserue cuipientes: illum, qui vigilium septimum non antigerit annum, ad cathedralem, necnon professorem cuiusvis mendicantium ordinis ad inferiores cathedralibus eccliesias, ad monasteria extra suos ordines postulari edicto perpetuo prohibemus. Quod si securus postulatum fuerit & attentatum, irritum ac nullius sit momentum. Et qui scientes processerint ad eandem, ea vice postulandi